

Ita Donel. in d. §. Cum in bello. Secunda, nam cum eodem fortunæ impetu aliqui perimuntur, simul eos periisse, intelligendum est. quamvis conjectura aequalis existat, ut unus alteri supervixerit, argumento l. quod ait lex 23. §. fin. ff. ad leg. Jul. de adulter. & in conjunctis ordo non attenditur, l. 2. §. Prius, juncto §. Si quis ita, ff. de vulgar. ubi notatur; quæ consideratio, cum simus in dubio contemnenda non est, licet si de supervivencia etiam momentanea constaret, ad juris effectus at- tenderetur. Atque ita D. Covar. sequuntur Joan. Sadolet. in d. l. quod de pariter, Costa in d. §. cum in bello, verbo, quasi filius ante periisset, n. 1.

46 His non obstat textus in l. ex facto. 17. §. Si quis autem. ff. ad Trebellian. ubi non dicitur, fideicommissum valuisse, quia pater liberis, qui cum eo perierunt, supervixisse præsumeretur; sed ratio vera decidendi ad eum textum est, quam inter plures alias refert Costa in dict. §. Cum in bello, verbo patrem prius mortuum. à principio, ex Castrensi in d. l. si inter, ver. Tertio fallit. ff. de reb. dub. nempe quod illa conditio: Si absque liberis moriatur, ex mente defuncti extitisse censetur, cum liberi simul pereunt cum parente, etsi verba deficere videantur: quid enim interest, si veritas inspicitur, quem absque liberis omnino decedere, aut simul cum eisdem interire? cum utroque casu cesset favor eorum quibus testator prospicere voluit, qui ita demum exclusit substitutum, si illi, mortuo instituto, bona possint habere, & hoc nisi supervivant, nequit contingere. Nec refragatur, quod Costa huic intellectui opponit, quod scilicet favor filiorum versaretur in eo, quod possent bona ad suos successores transmitti: Quoniam hoc in consideratione haberi non debet, cum repugnet testatoris voluntati, qui hoc commodum privavit institutum, dum ipsi dedit substitutum, & consequenter, nec liberi eo gaudere deberent, ipsos enim defunctus cum substituto concurrentes præposuit, non autem successores eorum, qui ex liberis non sint, nisi jam substitutio esset extincta, bonis post parentis obitum in eos translatis.

47 Sed à regula supra tradita nonnulli casus excipiuntur, in quibus intuitu humanitatis, vel alia speciali ratione unus ex simul pereuntibus præmortuus creditur, juxta verosimiles conjecturas, personarum qualitate perpena. Hinc, quoties de successione reciproca inter ascendentes & liberos tractatur, qui ita pariter decesserunt, admissum est, ut, si filius sit pubes, supervivere, sin autem impubes, præmortui intelligatur, l. qui duos, §. ult. l. cum pubere 23. cum l. seq. ff. de reb. dub. Menoc. n. 30. ver. Item censuit, Donel. supra, Castrensi in d. l. si inter. Hæc ita constituta sunt, quia secundum ordinem naturæ, ac parentum commune votum, liberi eisdem supervivunt, ac succedunt, l. Julianus 26 §. ult. ff. si quis omis. caus. testament. l. nam est parentibus 15. ubi Glof. ff. de inoff. iof. testament. l. scripto 6. §. fin. ff. unde liberi, quæ conjectura alia urgentiori eliditur, quando filius est impubes, qui ob imbecillitatem tenerimæ ætatis præsumitur ante patrem in fata concessisse: quæ ratio communiter traditur ad d. §. ult. & leges cum eo proximè all-gatas. Ideo autem ad has conjecturas ventum est, quoniam inter has personas naturalis ratio, ac pietas successiorem inducit, ut probant præfata jura, & l. cum ratio 7. ff. de bon. damnator. Socin. in d. l. quod de pariter, n. 7. ver. Aliquando, quem D. Covar. sequitur in præfenti.

48 Exceptio ejusdem regulæ est, quod habetur in d. l. qui duos, §. cum in bello, ubi præsumitur pater ante filium mortuus ex conjectura nuper tradita, etsi de successione reciproca eorum, qui decesserunt,

non agatur; sed hoc ita ab Imperatore constitutum est humanitatis intuitu, ut lucuosa hæreditas ad matrem perveniret; Menoc. nu. 23. ver. Tertia itaque, Curt. Jun. in l. precibus, nu. 40. C. de impub. & aliis, Alciat. lib. 10. parergon, cap. 9. Costa in dict. §. Cum in bello, verbo, Divus Adrianus creditur. & alii communiter.

Illud autem quod dictum est, quoties de successio- 49 ne reciproca tractatur inter parentes & liberos, intelligi impubrem prius decessisse; limitatur, cum ei datus est pupillaris substitutus & extat mater; nam hujus favore contrarium est dicendum: scilicet patrem simul morientem non supervixisse pupillo, ne per illum genitrix à filii excludatur hæreditate: quod colligitur ex dict. §. cum in bello, Menoch. n. 34. Alciat. d. c. 9. Sed & idem videtur dicendum, licet non sit substitutus, sed venientes ab intestato ad bona patris, quoniam eadem ratio reperitur, & sic potest ampliari, seu intelligi d. §. cum in bello, ut procedat, licet filius sit impubes.

Est itidem addendum, quod si admittatur quo- 50 cunque casu præsumptio, quod impubes ob fragilitatem ante decessit; procedet, quamvis jam pubesceret, si parum ab impubertate distet; nam quoad animi & corporis vires inter pupillum, & qui proximus est pupillari ætati, nulla dignoscitur differentia; atque ita Socin. in l. mulier. n. 10. & in ver. Præterea. ff. de reb. dub. tradidit, puellam tredecim annorum ante parentem mortuam esse præsumendum, si simul pereant; sic Menoch. n. 33.

Ad Num. 9.

Alia itidem exceptio ad præmissam regulam tra- 51 ditur in l. inter socerum 26. ff. de pact. dotalib. ubi filius ante matrem mortuus præsumitur, quod ex eo provenit, quia res aliter expediri non poterat; unde ad verisimilem conjecturam venire necesse fuit, stipularum enim fuerat vir totam dotem, si filius annulus matri superviveret, & partem si ante ipsam proles periret; casus autem mortis simultaneæ fuit omissus: sed quoniam contrahentes voluerunt omnimodo maritum dotalis lucrum percipere, aut tota dos, aut pars ejus debebat illi præstari: in quo dubio Consultus, secundum quod verosimilius erat, illum casum decidit arbitratus, anniculum ante matrem in consensu periisse; ad quod & regula juris motus est, juxta quam in obscuris minimum est sequendum, l. semper 9. ff. de reg. jur. & sic partem dotis duntaxat deberi resolvit.

Verf. Nam id dictum. Ibi: Aut planè possimus fateri.

Nequaquam hoc fatendum est, etsi plures sic 52 sentiant, cum oblat expressus textus in d. l. sed & in illo, ubi pupillus non præsumitur ante substitutum mortuus, cum uterque simul extinctus est. Neque audiendus est Menoch. n. 19. sentiens, ibi etiam substitutum fuisse pupillum; quod mera divinatio est, cum ex textu in nimè possit colligi, & non est, quod nos compellat ad hujusmodi præsumptionem admittendam, cum jam rationem assignaverimus specialem ad d. l. inter socerum, quæ maximè in contrarium urgebat: & D. Covar. compulsi, ut ab eis, quæ rectè tradiderat supra, hic deviarer.

Ibi: Ex quo constat Bartolum.

Hanc Bartoli distinctionem rejecimus, supra, nu. 38. ex aliis.

Ad Num. 10.

53 Si filius etiam pubes cum patre liberto simul de- cedat, non præsumitur supervivere, quamvis de pa- terna successione tractetur, ut patronus admitta- tur, cujus favore hoc ita est specialiter constitu- tum; Bart. in d. l. quod de pariter, col. 2. ver. Aut. pubes, Dyn. in d. l. qui duos, §. Si cum filio, ubi Donel. Curt. Jun. in l. precibus, num. 4. Codic. de impub. Menoch. nu. 37.

54 Quod restringitur, ut non habeat locum in hæ- rede patroni, Menoch. n. 39. Bart. in d. §. Si cum filio, Socin. ibi, col. ult. de quo dubitari maxime potest, si sit ex liberis, argumento §. 1. Inst. de fiducia. tutel.

Ibi: Quo in loco sentit.

55 Decisionem d. §. Si quis autem, non procedere, si ascendens fecisset substitutionem, de qua ibi, sed quod substitutus excluderetur, admissa regula d. l. qui duos, §. ult. docuit Menoc. nu. 28. ver. Hanc casum: quod non omnino arduum, cum in eo casu cesset favor eorumdem ascendendum, & descendendum, & testator cæteris omnibus substitutum præ- tulerit, ut diximus supra, n. 46. de quo nu. 23.

Verf. Omnibus his ad amissum.

56 Quod viro, & foemina eodem naufragio, ruina, vel alio infortunio peremptis, præsumatur illa prius obiisse propter fragiliorem sexus naturam, multi sentiunt, ut Signorol. cons. 155. Specular. tit. de præ- curatorib. §. 1. ver. Vigesimo quinto, Dec. in l. 2. n. 44. ff. de reg. jur. Palac. Rub. supra, d. §. 74. in princip. Tiraquel. de legib. connubialib. l. 8. nu. 56. & alii laudati, sup. n. 7. Contrarium tamen verius est, ut D. Covar. docet in præfenti, & tenet Pacian. d. lib. 2. c. 8. n. 14. ubi disputat; Menoch. d. præf. 50. n. 14. Sadolet. supra, Fontanel. d. claus. 4. glof. 7. part. 2. n. 45. Nam quod viri robustioris naturæ sint, quam foemina, perpetuum non est, cum passim fortissimarum mulierum fiat mentio; ut testatur Pa- cian. n. 15. Tiraquel. ubi proximè, l. 1. n. 135. & huc ac- cedunt, qui existimant foeminam in vulneribus sus- tinendam viro fortiozem esse, quos tamen supra re- probavimus. Præterea quamvis concedatur, quæ- tem esse conjecturam; quæ dicitur, virum durius vivere posse; hæc sufficiens non est, ut juris præsumptio inducatur; ut in simili ratiocinatur Menoch. d. lib. 6. præf. 51. n. 22. 23. atque ita cujus interfuerit ad fundandam suam intentionem, foemi- nam ante virum succubuisse, id tenetur probare. His jungenda sunt, quæ diximus supra, n. 2. ex quibus omnibus ita est tenendum, non obstante l. 12. tit. penult. part. 7. quæ expressim refragatur, cui D. Covar. eo modo, quo potest responderet, scilicet ibi deficere intentionem corrigendi jus commune in Legislatore.

AD CAPUT VIII.

Penam insonti pro alterius crimine irrogari, licitumne sit.

SUMMARIUM.

- 1 Qui de materia fuscè tractarunt.
2 Pena quotuplex, & n. 4. & 5.
3 Ejus definitio.
4 An justum sit, ut unus pro alterius delicto coer-

- ceatur? cum numero, seqq. usque ad. 13.
8 Pena vindicativa culpam semper supponit.
9 Innocentes puniri, iniquum est.
14 Bruta etiam ob nefanda flagitia puniuntur. 18.
17 Inanimata etiam destruantur.
19 Verbum, vilitare, in sacris literis quomodo acci- piatur.
20 Deum innocentes ob aliorum scelera extinxisse, demonstratur.
21 Jure humano constitui non potest, ut quis pro alterius crimine corporaliter plebatur.
22 Sententia Imperatorum in l. quisquis, C. ad leg. Jul. Majest. reprobatur.
23 Justè lex humana ex causa potest irrogare penam non corporalem liberis delinquentium; & qua- re? num. 24. & 25.
26 Numquam Deus pro alienis peccatis penam spiri- tualem infligit: nec ab homine imponi potest, n. 27.
28 Irregularitas quando pena censetur.
29 Quorundam Sacre Scripture locorum, quæ sunt apud. D. Covar. interpretatio remissive.
30 Theodosii Imperatoris factum refertur.
31 Quibus penis hæreticorum descendentes afficiantur; & quadam notabilia circa id adjiciuntur, usque ad numerum 37.
38 De penis adversus liberos admittentium crimen læsæ Majestatis humane, & n. 39. 40.
41 Quis cognoscat an officium sit publicum, ne ad il- lud descendens proditoris admittatur.
42 Qua nobilitate priventur liberi reorum læsæ Ma- jestatis.
43 Utrum in majoratum succedant, ad num. 46.
47 An filii ob crimen læsæ Majestatis à matre com- missum puniantur?
48 Nepotes rei læsæ Majestatis plebuntur, & n. 49.
50 Qui filii propter crimen læsæ Majestatis à parenti- bus paratum pena afficiantur, usque ad n. 53.
54 Filii hæreticorum utrum beneficiis Ecclesiasticis priventur? ad nu. 57.
58 Qui prohibetur officia, vel beneficia obtinere, non censetur obtentis privari.
59 Infamia facti qui notatur, etsi beneficia Ecclesiasti- ca assequi prohibeatur, jam quæsitâ non perdit.
60 Hæretici beneficiis Ecclesiasticis privantur, usque ad numerum 62.
63 Filii hæreticorum ante crimen concepti num penis subiciuntur? ad num. 69.
70 Quid de filiis reorum læsæ Majestatis humane? & numero 71.
72 Filii utrum dignitate, vel nobilitate paterna deco- rentur, si ante eam adeptam nascantur; & an potior in successione sit, qui post patris dignita- tem editur, quam antea natus? usque ad nu. 80.
77 Confirmatio nihil de novo addit, sed iis quæ sunt, robor & firmitatem præstat.
78 Solutio D. Covar. ad argumentum Calderini de- fenditur.
81 Valet statutum irrogans penam pecuniariam pro alieno crimine ex justa causa.
82 Idem est quoad infamiam.
83 Justè potest statuto præcipi, ut pater pro delicto fi- lii intra legitimam teneatur, de quo latè usque ad numerum 91.
93 Parentibus, vel filiis delinquentibus, si bona eor- um confiscentur, quæ peculia Fisco acquiran- tur, vel non, usque ad num. 103.
104 Si bona filii publicentur ob crimen, vivo patre, legitima ad Fiscum non pertinet; usque ad n. 107.
108 Fisco mariti bona propter ipsius delictum occupan- te, dimidia pars bonorum, quæ matrimonio con- stante sunt quæsitâ, eidem reservatur.

- 109 Statuto caveri potest, ut omnia peculia propter filiorum crimen Fisco addicantur.
- 110 Patre solvente penam pecuniariam pro filio, quando possit solutum in legitimam imputari; usque ad nu. 120.
- 121 Nemo potest se ad penam corporalem, vel spiritualem, pro alterius delicto obligare.
- 122 Carceratus, cui imponenda est pena pecuniaria, davis fideiussoribus, laxatur: secus si corporalis; de quo usque ad nu. 130.
- 123 Coniunctualne introduci potest, ut quis pro alieno crimine ad penam corporalem se valeat obligare.
- 124 Idem statuto stabiliri potest, de quibus videas num. sequent. usque ad 136.
- 137 Excommunicationis sententiam in Universitatem hominum ferre prohibitum est, usque ad nu. 144.
- 145 Excommunicatio maior nisi pro mortali peccato injungi nequit; usque ad nu. 148.
- 149 Sententia majoris excommunicationis in Universitatem lata, nec nocentes ligat, nisi proferatur a Pontifice.
- 150 Inter dicto Ecclesiastico Universitas personarum potest assignari, & quae comprehendantur, usque ad n. 161.
- 162 Civitas quae proprium Episcopum interimit, Sede Episcopali privatur.

Circa ea quae hoc capite explicantur, fusè diffuse verunt D. Thom. 1. 2. *quest.* 87. ubi Theologi communiter, Abulens. in *Jos.* c. 6. 7. & in *Matth.* c. 5. à *quest.* 320. Pat. Petr. Hurt. de Mendoc. de fide, *disp.* 88. Pat. Sanch. in *Decalog.* tom. 1. lib. 2. c. 27. cum *seqq.* Alfonso à Castro, de *just. hereticor.* *punit.* lib. 2. c. 10. cum aliis, Guttier. *Canonicar. quest.* lib. 2. c. ult. Simanc. d. *Catholic. institutionib.* tit. 29. Farinac. de *heres.* *quest.* 191. & de *crimin. las.* *Majestat. quest.* 116. §. 3. Menoch. *conf.* 99. ex n. 207. Pat. Molin. d. *jur.* & *jur. d. sp.* 658. cum *seq.* Hieron. Gigas de *crimin. las.* *Majestat.* lib. 3. tit. ult. de *pen.* quas *filii* incurunt, Decian. *tract. crimin.* lib. 7. c. 41. cum aliis. Jul. Clar. in *prax. crimin.* §. *Heresis*, & §. *Lasa Majestatis*.

Ibi: Quae penam innocentis.

1 Est necessarium praemittendum, ut apertius procedatur, penam esse simplicem, medicinalem, satisfactoriam, & merè vindicativam. *Impio*, nulla praecedente culpa, sustinetur ad utilitatem ipsius, qui patitur, vel ob alium bonum finem, de qua *Joan.* c. 9. *vers.* 3. *N. que hic peccavit.* & c. 16. *vers.* 33. ibi: *In mundo pressuram habebitis.* Habac. c. 1. *vers.* 23. *Quare respicit contemptores, & taces, calcante impio justiore se.* Paul. ad *Hebr.* c. 11. *vers.* 36. *Alii vero ludibria, & verbera, & c.* De quo D. August. de *Civit. Dei*, lib. 4. c. 3. ibi: *Nam justis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est pena criminis, sed virtutis examen;* Per. Gregor. *synagmat.* lib. 32. c. 4. n. 4. *Lege etiam humana hujusmodi pena solet irrogari, veluti cum quibusdam personis rerum suarum alienatio interdicitur, l. 1. ff. de manumissionib. §. Eadem lege. Inst. qui & ex quib. caus. §. 1. Inst. quib. alien. lic. vel non, hoc enim, cum sit voluntati contrarium, penae rationem habet, ut ex ejus definitione statim tradenda constabit, & privantur domini jure suo de propriis bonis disponendi, in quibus quisque est moderator, & arbiter, l. in re mandata 21. C. mandat. tamen eorundem gratia ita constitutum est.*

3 Secunda, satisfactoria scilicet, culpam supponit, sed non praecise illius, cui pena imponitur, quam solent innocentes ob aliena peccata sustinere, ut Christus Dominus, *Isaia* c. 53. *vers.* 4. *Verè languo-*

res nostros ipse tenuit, & dolores nostros ipse portavit, & vers. 5. *Ipsi autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, & vers.* 8. *Propter scelus populi mei percussus eum.* Paul. ad *Roman.* c. 28. *vers.* 32. *Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Sic etiam legibus comparatum est, ut, qui damnatum non dederunt, ad illud resarciendum teneantur, l. 4. in *fin. tit. 7. part. 5. l. 1. & per totum tit. ff. de noxalib. actionib. & apud plures Respublicas ita statutum est, quod justè fieri potest, ut probat D. Covar. in *si à hoc c. n. 7.* ubi de hujusmodi statutis agendum nobis erit. Vindicativa tandem, quae sola proprie pena nuncupatur, regulariter delictum ejus, cui inferitur, requirit; de qua *Job* c. 4. *vers.* 7. *Quis unquam innocens perit, aut quando recti delicti sunt? quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos stante Deo pernisse, & spiritu ire ejus esse consumptos.* *Psal.* 36. *vers.* 25. *Junior sui, etenim senii, & nunquam vidi justum derelictum, nec semen ejus quarens panem.* D. August. lib. 1. *retract.* c. 9. *omnis pena, si justa est, peccati pena est.* Huc spectant leges, ubi de criminibus coërcendis tractatur, quae extant sub lib. 47. *Digestor.* Hanc penae divisionem probant, Pat. Valent. tom. 2. in 1. 2. *disp.* 6. *quest.* 7. de *tert. effect. peccati.* *punct.* 1. Pat. Becan. in *summa. Theolog. schol. stic.* tom. 2. *tract.* 2. c. 8. de *pena q. 2.* Pat. Suar. tom. 1. in 1. 2. *tract.* 5. *disp.* 7. *eti.* 1. ex n. 5. Petr. Greg. *sup.* ubi de medicinali, & vindicativa; & c. 1. agit de etymologia, & docet nomen, *pena*, à Græco vocabulo derivari, quod peccati ultionem significat.*

Pena igitur hæc proprie sumpta (de qua in praesenti sermo erit) est malum sive incommodum aliquod naturæ, aut voluntati contrarium, quod eo sine infligitur, ut culpa vindicetur. Quam definitionem ex D. August. & Thom. deducunt, & exornant, Becan. *sup. quest.* 1. n. 1. Valent. d. *punct.* 1. *vers.* *Igitur.* Suar. d. *sect.* 1. n. 1. aliam definitionem tradit Alfonso à Castro, de *pot. leg. pen.* lib. 1. c. 3. & aliam vide apud Cujac. in *parat. ad tit. ff. de pen.*

Ibi: Nam iniquas esse probatur.

Iniquum esse, ut quis alieni peccati penas innocens luat, non paucis Sacrae paginae testimoniis potest comprobari, *Genes.* c. 18. *vers.* 25. *Absti. à te, ut rem hanc facias, & occidas justum cum impio.* Numer. c. 16. *vers.* 22. *Num uno peccante, contra omnes ira tua defruerit?* *Jerem.* c. 33. *vers.* 30. *Sed unusquisque in iniquitate sua morietur.* D. Paul. 2. ad *Corin.* b. c. 5. *vers.* 10. *U. referat unusquisque propria corporis prode gessit, sive bonum, sive malum.* Et ad *Galat.* c. 6. *vers.* 5. *Unusquisque onus suum portabit.* Ex quibus, & similibus Sacri Interpretes communiter sentiunt, nunquam Divinam justitiam, in infontes aliena crimina vindicare, de quo D. Hieron. in *Ezechiel.* c. 18. *sup. illud. Anima que peccaverit, & c.* Ita differit. Non ideo filii puniuntur in terriam, & quartam generationem, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius qui fuerunt peccatores puniri debuerint; sed quia patrum extiterunt amulatores, & oderunt Deum hereditario malo, & impietate in ramos quoque de radice crescente. Cui sententia se subscribunt D. Chryso-stom homil. 25. in *Genes.* Gregor. l. 5. *moral.* c. 34. *Anselm. de concept. virgin. l. c. 25.* Thom. 2. 2. *quest.* 108. art. 4. ad argumentum Nicol. de Lyra in *illud Exod.* c. 10. *Je. 1. n. 9. 10. He. Pin. in loc. proximè citat. Ezechiel. pag. 249.* Becan. d. c. 8. q. 3. n. 3.

Id ipsum humanarum legum autoritate potest affatum comprobari, c. non debet. 22. cum *seq.* de *reg. jur.*

jur. in 6. c. Judai. & per totam 1. q. 5. c. 1. 24. q. 3. l. *tit. 9. l. 10. Recopil. l. 9. tit. 31. p. 7. l. filium 9. ff. de Senatorib. l. adoptivum, §. fin. ff. de in jus vocand. l. si maritus 27. ff. solut. matrimon. l. fin. ff. ad Syllaniam post legatum 5. §. si pater ff. de iis, quib. ut indign. l. cum ratio, 7. ff. de bon. damnator. l. si pena 20 l. crimen 26. ff. de pen. l. 2. §. nullum, l. spurii 6. ff. de Decurionib.*

7 Quod nedum in penis, sed etiam in civilibus obligationibus placuit; ut scilicet nemo pro alienis debitis teneatur, *cap. unic. de injur.* in 6. l. 1. 2. 3. 7. *tit. 17. l. 5. Recopilat. l. 15. tit. 10. p. 7. l. 1. & per totum tit. C. ne fil. pro patr. & ne uxor pro marit. l. providendum 23. C. de Decurib. lib. 10. l. unic. C. ut nullus vicaneor. lib. 11. l. hac definitione 12. C. de omni agro desert. eod. lib. Atque ita injustas esse leges, quae ut unus pro alio astringatur, præcipiunt; docent Bald. in l. Sancimus, C. de pen. Gigas *dict. tit. de pen. quas fil. incur.* c. 14. à nu. 12. Menoch. *conf.* 123. in *addit. nu.* 7. Cyriac. *controverf. forens. tom. 2. controverf.* 289. nu. 2. Luc de Penna in l. jure provisum, C. de fabricensib. lib. 11. Casan. *conf.* 1. n. 4. Bobadill. in *Politico. tom. 1. lib. 2. c. 21. n. 450.* Duënas *reg.* 345. Craver. de *antiquit. temper. part. 4. princip. num.* 157. *Vivi. commun. opinio. tom. 1. lib. 3. tit. 16. de ineffic. testament. n. 55.* Surd. *decis.* 49. n. 11. Joann. Igne. in l. ult. nu. 44. ff. ad Syllaniam. Angel. in l. fallaciter, C. de accusationib. Decian. *sup. d. lib. 7. cap. 4. n. 47. 48.* Roland. *conf.* 74. n. 20. & 21. lib. 3. Bonacof. *commun. tom. 1. lib. 4. tit. 6. n. 7.* Beccic. *conf.* 8. n. 20. Alciat. *emblem. 174.* cujus inscriptio est: *Alius peccat, & alius plebitur, & ibi Claud. Minois. Contrarium probatur, infra, ex nu. 10.**

Ibi: Cum criminis pena culpam necessario permittat.

8 Pena vindicativa semper culpam supponit, & absque ista, illa esse non potest; l. aliud est fraus 131. ff. de verbor. significat. D. August. *supra, dict. lib. 1. retract.* c. 9. D. Thom. 2. 2. *dict. quest.* 108. art. 4. in *solut.* Menoch. de *arbitrar. cas.* 185. n. 4. Valent. *dict. punct.* 1. *vers.* Quo posito, Cyriac. *tom. 2. controverf.* 133. n. 35. & *controverf.* 288. n. 1. Surd. *decis.* 27. 1. nu. 19. Thom. de Thomass. *regul.* 283. Augustin. Barbof. de *aximat. jur. axiom.* 62. & 181. Thom. Deibene de *immunit. Ecclesiastic.* tom. 1. c. 2. *dubit.* 4. *sect.* 5. nu. 2. Cened. ad lib. 6. *Decretal. collectan.* 1. n. 2. Barleval. de *judic. tom. 2. tit. 3. disput.* 8. *sect.* 2. nu. 14. Mari. Alter. de *cenfur.* tom. 1. lib. 5. *disput.* 8. c. 8. *vers.* Respondeo si mercator, Carameul in *Theolog. fundament.* n. 1058. qui penam à penalitate distinguit. Imò, pena culpæ metas excedere nequit, *cap. ult. §. illud autem. de pen. in 6. de quo infra.* *cap. prox. in princip.* ubi D. Covarr. docet, nam sunt correlativæ, *Cast. sup. dict. cap. 3. vers.* *Ultimo additum est, ubi latè præmissam probat conclusionem.*

Ibi: Deinde innocentem puniri.

9 Innocentes penis afficere ab omni jure, ac ratione prorsus alienum est; quare prohibetur *Exod.* c. 32. *vers.* 7. *Infontem, & justum non occides.* (Quam legem Moyses in extremis agens Populo commendavit, teste Josepho lib. 4. *antiquitat. Judæor.* c. 8. quem refert Menoch. d. *conf.* 99. n. 215.) *dict. c. 1. 24. q. 3. l. 12. tit. 14. part. 3. Guttier. d. c. 30. n. 15. 16.* Menoch. n. 216. Quod adeo intrinsecè malum est, ut, si tyrannus urbi exitium minaretur, quod non aliter effugi posset, nisi occidendo infontem, potius omnes perire deberent, quam tale flagitium perpetrare, Bonacin. *oper. moral. tom. 2. disp.* 2. de *restitut. q.*

ult. punct. 7. n. 1. Pat. Molin. de *just. & jur. tom. 4. rect.* 3. *disp.* 10. n. 4. Valent. *tom. 3. in 2. 2. disp.* 5. de *just.* q. 8. *punct.* 2. col. 1160. Pat. Hurtad. *tom. 2. de Charitat.* *disp.* 169. de *bello sect.* 11. §. 100. Diana *resolut. moral.* *part. 5. tract. 3. resolut.* 23. Omnes tamen fatentur; posse eo casu ad liberandum se Republicam tradere hosti infontem, quamvis certò sciatur, ab eo occidendum. Imò si justus Republicæ obedire hoc casu innocens detrectet se defendendo, aut subtrahendo, jure occidi poterit, quia non obtemperando delinquit, ut observat Dian. ubi proximè, cum debeat salutem communem propriæ vitæ præponere, ut ex aliis dixi *sup. lib. 1. c. 2. n. 81.*

Ibi: Ex adversò non de sum sacri eloquijs.

Quod justè possit aliquis puniri pro delictis ab alio perpetratis, plura sacra eloquia demonstrant, *Exod.* c. 34. *vers.* 7. *Qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam generationem.* *Levit. c. 26. vers.* 40. *Et propter peccata patrum suorum, & sua, affligentur.* Numer. c. 14. *vers.* 18. *Qui visitas peccata patrum in filio in tertiam, & quartam generationem.* *Deuteron. c. 28. vers.* 46. *Et erunt in te signa, atque prodigia: & in semine tuo usque in sempiternum, eo quod non servieris Domino Deo tuo.* Quibus addenda sunt, quae refert D. August. lib. 6. *contra Julian.* c. 12. *ibid: Quam multa sunt divinarum testimonia scripturarum, que parentum peccata obligant filios, numerare quis possit? Cur enim peccavit Cham, & in ejus filio Chanaan vindicta prolata est? Genes. c. 9. Cur pro peccato Salomonis, filius ejus deminutione regni punitus est? 3. Reg. c. 12. Cur peccatorum Achab Regis Israel in ejus posteros pena dileta est? 3. Reg. c. 20. Hæc August. Similiter ob peccatum Saülis in Gabaonitas posteri illius ipsi crucifigendi traduntur, 2. Reg. c. 21. Pro peccato Acham Populus ab hostibus est percussus, *Jos.* c. 7. Et quia deliquit David multi de plebe extincti fuerunt, 2. Reg. c. 24. Hinc Apostoli putaverunt, illum cæcum à nativitate, de quo *Joan.* c. 9. potuisse penam cæcitatæ sustinere ob parentum peccata, ideoque Dominum interrogarunt, an ipse, vel parentes ejus peccaverint, ut cæcus nasceretur de quo alia n. 20.*

Ex quibus multi Sancti Patres, alique Interpretes tenent communiter, Deum penas temporales infligere innocentibus pro peccatis ab aliis commissis ob causas sibi cognititas. Ita præter D. Augustinum ubi proximè, Euseb. lib. 12. de *preparat. c. 25.* Magist. *sententiar. 2. dist.* 36. Abulens. *Jos.* 7. q. 82. Pat. Vasq. tom. 1. in 1. 2. *disputat.* 135. c. 1. n. 4. Maldonat. in *Evangel. sup. illud Joan. c. 9. Rabbi quis peccavit, & c.* Alexand. de Hales *part. 1. q. 37. memb. 3. art. 4. & in 3. part. q. 41. memb. 4. art. 1.* Valent. *supra, punct.* 2. *vers.* *Altero modo.* Hurtad. de *Fide, tom. 1. disput.* 88. *sect.* 1. §. ubi esse de Fide asseverat, Alfonso à Castro d. lib. 2. c. 10. Guttier. *supra, n. 18.* Ojeda de *incompatibilit. beneficiorum, c. 23. n. 104.* Simanc. d. *tit. 29. in princip.* Augustin. Barbof. in *collectanea ad c. non debet, n. 3. de regul. jur. in 6. Anton. Gomez Variar. lib. 3. c. 2. n. 13.* Menoch. *dict. conf.* 99. ex n. 212. Petr. Gregor. *dict. c. 4. n. 4.*

Sic etiam tam Canonicis constitutionibus, quam Civilibus, aliena scelera in liberis, & aliis coërcentur justa de causa, *cap. 1. de fil. Præbiteror. capit. non est vobis 11. de sponsalib. cap. vergentis 10. de heretic. capit. nobis 27. & ibi Glos. de simon. cap. 2. §. Heretici, capit. statutum 15. de heretic. in 6. cap. unic. §. Contra natos, de schismatic. cap. ultim. §. Quod si quis, de pen. eodem. lib. 6. capit. si quis 22. §. Filii verò, 6. quæ. 1. capit. cum multis 3. 15. quæst. 3. l. 1. &*